



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 3. Carolo V Gallorum Regi succedit Carolus VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Sæcul. XIV.
A. C. 1380.

§. II.

*Regina Neapolis adoptat Andegavia
Ducem.*

Hist. des. *Juven. des* *Urs. p. 542.* *Vitæ PP.*
p. 501.

Contra Carolum de Pace se defensura
Regina Neapolis Ludovicum Ande-
gaviæ Ducem Gallorum Regis fratrem
adoptavit filium: carebat enim liberis,
et si quarto jam marito juncta. Hæc
adoptio per patentes litteras in proximo
Neapoli castello, quod vocabant Ovum,
29 Junii anno 1380 scriptas facta conser-
fu & authoritate Clementis dicitur, ita
ut Reginæ Joannæ, postquam deceperat,
in regno Neapolitano, comitatu Provin-
ciæ, ac terris ipsius omnibus Ludovicus,
& hujus posteri succederent. Ratam
Clemens habuit hanc donationem: ac
Regina urgebat Ducem Andegaviæ, ut
protinus, & ante adventum Caroli de
Pace ipsi suppetias iret. Sed Franciæ
Regis mors duobus post mensibus obita
hujus moliminis persequendi studium re-
tardavit.

§. III.

*Carolo V Gallorum Regi succedit
Carolus VI.*

Rex Carolus V cognomento Sapiens
16. Septembris anno 1380, ætatis
suæ

suæ 43, regiminis 16 mortem Christiano Sæcul. XIV.
dignissimam oppetiit. Roma conservat A. C. 1380.
specimen rectissimæ hujus Regis con-
scientiæ. Est monumentum publicum *Des Ursins.*
hoc altero post electum Clementem an- *p. 1.*
no, & ipso, quo Rex obiit, die notariis di- *Rayn. 1380.*
ctatum in hanc sententiam: Ad Clemen- *n. 10*
tis partes accessi ob scripta Cardinalium,
ad quos spectat electio Papæ, obstricta
mihi fide sua testantium, illum ex præ-
scripto Canonum a se cooptatum fuisse.
Secutus etiam sum sententiam Senatus
mei, multorum regni Praesulum docto-
rumque Virorum, postquam de hac re
sedulo deliberaverant. At quia Cardi-
nales invidia, odium, aut favor decepisse
forsitan dicetur, declaro me Clementi non
ex affectu cognati sanguinis, vel aliam ob
causam minus æquam, sed bona fide, ac
memoratis ex rationibus adhæsisse. Si
tamen quodammodo errasse videar: af-
severo me velle stare decreto Ecclesiæ
universæ, seu intra concilium generale,
seu aliter faciendo; nequid coram Deo
conscientia mihi mea exprobret.

Duos Carolus filios, ac tres fratres *Urs. p. 531.*
reliquit. Filius in spem regni genitus
Carolus VI nondum compleverat duode-
cim annos; novem duntaxat habebat al-
ter, Ludovicus nomine Dux Aurelianen-
sis. Tres patrui eorum erant Ludovicus
Andegaviæ Dux ad coronam Neapolita-

Sæcul. XIV. nam accitus, Joannes Biturigum, & Phi-
A. C. 1380. lippus Burgundiæ Duces. Andegaven-
Labbæ Mest. sis ut natu maximus agebat tutorem
cur. p. 694. Regis nepotis sui, quem die Dominica
 4 Novembris eodem anno Remis inun-
 gendum curavit: ac pro potestate sua ex-
 struebat pecuniæ cumulos ad occupan-
 dam Neapolim usui futuros.

§. IV.

*Joannes Castiliæ Rex Clementem
 agnoscit Papam.*

Interim Legati, quos Rex Castellæ Joan-
 nes Romam, & Avenionem miserat,
 munus obierant suum. Cardinalis Pe-
 trus Lunius versabatur in Hispania ut Le-
 gatus Clementis jam inde ab hujus ele-
 ctione. Papa Urbanus hoc anno Calen-
 dis Maji Franciscum Faventinum Episco-
 pum eo misit cum potestate docendi fa-
Vitæ PP. cta ad demonstrandam legitimam sui ele-
p. 1285. ctionem pertinentia. Rex hos ut Lega-
Id. p. 490. tos audiret, magnum conventum celebra-
495. 1267. bat in quodam Salamanticensis dioceſeoſ
Rayn. 1380. loco, cui nomen Metina Campeſtris: ubi
n. 19. cauſa Urbani, & Clementis commode
 diſcutebatur.

Die Veneris 23 Nov. 1380 Cardina-
 lis Petrus Lunius lingua patria, nempe
 Hispanica longam orationem dicens con-
 tende-